



DE
SYMPATHETICIS
MORBORVM CVRATIONIBVS
MEDICO RATIONALI INDIGNIS
ET ILLICITIS

THESIS I.

Medicus rationalis (a) dum aegrorum ^{Medici of-}
curam in se suscipit, ita se gerat, ne ^{ficium.}
unquam aliquid agat, quod princi-
pio (b) artis nobilissimæ aduersetur,
aut vel huic (c) vel suæ ipsius personæ ullo mo-
do maculam inurere possit.

Ἐπιθεσις.

(a) Dum Medici rationalis, seu revera talis mentionem *Pauci Me-*
facimus, in mentem uenit recordari ejus, quod Medico-*dici reue-*
rum Coryphæus Divus noster Senex HIPPOCRATES *inra tales.*
lege de medicis asseruit, *eos nomine quidem multos: reipsa ue-*
ro perpaucos esse. Hujus nemo facile asserti negare uerita-
tem